

cipien. juncto etiam c. relatum, & c. conquirento, eodem titulo.

26 De materia autem residentie, qua beneficia illam exigant, qua personae excusentur, quando licentiae profint, qua sunt a jure justae & legitima causa ad illam concedendam, & qua sine ea abesse possunt, & quanto tempore, qui a jure habentur pro praesentibus, & per quod tempus possit licentia dari, & de pluribus aliis quaestionibus, qua nostri non sunt instituti, nec ad nos attinent, videre poteris ex d. consilio & ejus declarationibus, ex DD. adductis, & aliis, quos in idem congestit Nicol. Garcia de benefic. 3.p. c. 2. a princ. cum omnibus suis §§. ad quos te remitto; haecenus de residenti praeccepto.

27 Et tandem unum, quod nos attinet, non omitam, an ab injusta denegata licentia per Ordinarium petenti illam appellationi emissa deferendum sit, ita ut interim ea pendente possit abesse absque licentia obtenta. In quo dico, quod quando Parochus ex justa causa postulat ab Ordinario licentiam, eo recusante, possit ad superiorem recurrere, & appellare, ex Abb. in c. relatum, n. 6. & in c. ... & c. tua n. 3. & Butrigarius de cleric. non resid. Felin. in c. fin. de magistris n. 3. vers. sexto limitat. Selva de benefic. 4. q. 7. n. 29. n. 171. Horatius Lucius princ. 99. Zerol. in praxi Episcop. verbo studium. §. 1. & verbo residentia, §. 3. Zech. de repub. tit. de benefic. num. 6.

28 Et sic respondeo a non obtenta licentia appellans, non potest abesse, ut in terminis dicit Nicol. Garcia supra n. 39. contra Joan. Ocon. in repetitione c. 1. de cler. non resident. n. 56. & Ant. Gomez in explicacione de Bulla n. 32. (qui contrarium videntur tenere) Pro quo suppono, quod Parochus non potest abesse absque licentia, & ea obtinenda est, ut abesse possit, non autem sufficit eam petere, nisi expressè sibi concedatur, ut respondit Sancta Congregatio Concil. his verbis: Nec Parochus habens justam causam abundi extra Parochiam per duos menses, aut tres satisfaciens suae conscientiae, si petat licentiam jurans, se gravem habere causam, quam non expediat manifestare, ut si petita licentia abesse possit, licet Episcopus non concedat. Similiter abesse non potest in casu, quo causam rationabilem expresserit; quam vir bonus, & aequus rationabilem judicaret, sed rigidus Praelatus minus aequam judicat, & licentiam denegat, vel quia movetur suspicione, quod fiat, cum tamen sit vera, sed habere potest recursum ad superiorem, & c.) cujus meminit Gonz. ubi supra n. 37.

30 Et tunc sic, appellatione pendente ea duntaxat permittuntur parti, & judici fieri qua possunt fieri ante appellationem, l. si postquam, ff. ut legat. nomin. cave. & ibi Bart. per illum text. 1. oppo. Corletus in singula. suis in ver. appellat. incipit regul. est in limit. & potest formari exemplum ex eodem text. ut cautio, qua exigi potest ante appellationem, pendente causa principali, potest etiam exigi post appellationem, quem text. alibi non esse, dicit Dynus, & etiam notat per B. ubi Vitallinus in tract. clausular. clausula, nihil novari appell. pendente sub n. 1. vers. item fallit: & iterum, sub n. 9. vers. unum tamen, Alex. in rub. nihil novari appell. pend. Marant. in Speculo 2. part. 6. princ. nu. 164. Firmian. in repet. verbo appellatione pendente. colum. 1. vers. item nisi attent. Lancel. Robert. de assent. 2. p. c. 12. limit. 14. Franch. in c. cum speciali §. parvo, col. 2. de appell. in 1. gloss. Eguid. Bellam. conf. 18. incipit esse col. 3. in princ. Manfred. libr. 2. pract. concl. super attent. conc. 61.

31 Et hinc est, ut appellatione pendente a sententia contra illum lata, potest interim continuare suam possessionem & ejus, & rei commodo frui, fructus percipiendo, quemadmodum poterat ante appellationem, & lite pendente, l. sciendum, §. penul. ff. qui satis. cogunt. gl. in l. Imperatores, §. fin. verb. adversario, ff. de appell. lll. in cons. 187. circa primum, col. 6. vers. quinto facit, lib. 2.

Rota decis. 10. alias 89. nota quod ubi, de appell. in antiq. Rota dec. 24. a. ias 615. nota quod licet de dolo & contum. in antiq. Parisius conf. 38. non poss. n. 3. lib. 1. alios per eum citatos Mandof. in regul. de subrogan. colliganti. qu. 8. num. 4. & in tract. de inhibito. q. 23. per totam. Emilian. conf. 72. viso processu n. 8. Rob. Lanc. loc. supra cit. lim. 26. apud quos plura alia exempla reperies. Sed sic est, quod iste clericus beneficiatus ante appellationem, seu etiam denegationem ordinarii non poterat abesse absque expressa licentia; ergo nec post appellationem.

Deinde, quoniam beneficiatus ad se absentandum expressa indiget licentia, ut sibi expressè concedatur, ut dictum est, & probant Trid. & declarationes Card. tunc sic licet appellationis effectus sit, suspendere actus l. 1. ff. nihil novari appell. pend. & sic licet suspendat effectum negationis expressae, non tamen praebet licentiam, qui inter concedere expressè licentiam, & denegare expressè licentiam, est dabile medium, scilicet; nec dare, nec negare, & in hoc medio remanet appellans, quia non potest plus operari appellatio, imò major ejus effectus est, conservare appellantiem in eo statu, quo appellantiem invenit ante sententiam probationem l. 1. ibi, integer enim status esse videtur provocatione interposita, & c. ff. nihil novari, sed eo tempore appellationis, & antea ipsum invenit & absque expressa licentia, ergo per solam appellationem, vel recursum non potest abesse.

Deinsuper, quia ille est unus actus negativus, qui secum trahit exequationem, juxta ea qua communiter notantur in l. quod jussit. ff. de re jud. & in c. cum cessante, de appell. foret namque absurdum dicere, quod quando pars petit a iudice, ut sibi concedatur terminus, vel admittatur ad probandum, & illud iudex neget & quod per interpositionem appellationis a negatione, occupet terminum petitum, vel faciat probationem negatam, ideo datur appellatio, seu recursum ad superiorem propter denegatam ab inferiori licentiam, ut examinata causarum legitimitate, & ratione, revocet negationem, & compellat illum ad concedendum, vel ipse concedat, frustra enim foret superioris cognitio, si sufficeret appellatio sola, cum nihil amplius sibi facere, remaneat; & ita libenter in re hac recedo ab opinione doctorum DD. prout etiam fecit Nic. Garc. superius citato loco, licet nullas consideravit, nec adduxit rationes, nec fundamenta, nec contra ipsos, nec in comprobationem & justificationem hujus nostrae opinionis.

Circa inspectionem autem illius, quod secundo loco nostri principalis capituli continetur, an a mandato, seu praeccepto, de ordinando emissa appellationi a beneficiato compulso non deferens vim faciat Ordinarius, praemitto ut, ii, qui dignitates, personatus, officia, praebendas, portiones, aut quaelibet alia beneficia in Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet; ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant, seu cantent, quocumque ii privilegio, exceptione, praerogativa, generis nobilitate, sint insigniti; teneantur iusto impedimento cessante, infra annum ordines suscipere requisitos, alioquin poenas incurant juxta constitutionem Concil. Viennensis, qua incipit, ut ii qui quam praesenti decreto innovat, cogatque Episcopus 35 eos diebus statutis dictos ordines per se ipsos exercere, ac caetera omnia officia, qua debet in cultu divino praestare, sub eisdem, & aliis gravioribus poenis, arbitrio eorum imponendis, ita in haec verba decrevit sacrum Trid. Concil. sess. 22. c. 4. idem probat text. in c. commiss. 35. in ordine de electione lib. 6. ibi, annus autem hujusmodi qui a tempore illo incipit, quo ipsius Ecclesiae regimen commissum sibi existit, & possessionem ejus pacificam habuisti, vel per te stetit, quominus haberes eandem ibi nec currit, si promoveri iusto impedimento detentus, infra tempus hujusmodi nequivisti,

sti, & c. idem probat etiam text. in c. licet canon. eodem tit. & lib. clem. ut ii, qui de aetate, & qualitate, circa quam materiam, quod parochi sint ipso jure beneficiis privati, ob non susceptos ordines infra annum, caeteri verò ita demum moniti, privati possunt, & qua legitima sint impedimenta suscipendorum ordinum, & quod canonici interim vocem non habeant in Capitulo, & qua fructuum parte sint privati, & de singulis beneficiis, singulos ordines requirentibus. De aliis pluribus quaestionibus, qua ad nos non attinent, vide ex his, qua in unum congestit longa manu Nicol. Garcia. de benefic. 3. p. c. 4. & iterum 7. part. c. 1. cum suis §§. apud quem, & caeteram Doctorum ab eo allegatorum videre poteris, ne aliquo a nostro proposito recedamus.

37 In eo igitur illud opinor; appellationem emissam ab hoc praeccepto, seu monitorio de suscipendis ordinibus ad beneficium, quod quis possidet requisitis, minime suspensionem habere, quominus ordinarius ad compulsionem procedere queat, nec ei denegans delationem vim faciet; quod ex eo probatur, quia iudex Ecclesiasticus, in his qua concernunt & tangunt animam, & in spiritualibus generaliter expendit praecceptum & ab ipso rectè recipere potest, c. pervenit, 2. de appell. circa residentiam beneficii, etiam circa solutionem decimarum, ut absque mora solvantur, hanc doctrinam docet Cardin. in de. 2. q. 23. de judiciis. Petrus Paris. consil. 113. monitorium, in quarto volumine, quos sequitur Rebuff. in tract. de literis obligatoriis art. 6. gloss. 2. num. 27. fol. 87. & 88. illud autem monitorium, cum expediatur absque causa cognitione, est extrajudicialis actus, prout supra latius in quaestione praecedenti hoc in cap. diximus ex Autoritatibus citatis, & sic ab eo tanquam actu extrajudiciali appellatio carere debet suspensivo.

40 Et quando haec ratio cesset, & expediatur cum causa cognitione, regulariter verum est, ut ab istis monitoriis simplicibus non sit appellationi deferendum text. in d. c. pervenit 2. de appell. & in terminis ita tenet Hugo de Cello in repet. legunt regni, verbo appell. n. 6. in fin. fol. 34. & quia quando versamur circa favorem Ecclesiae, cultus divini, aut animarum appellatio non causat attentata, Rota decis. 35. de appell. in novis Seacia de appell. q. 17. limit. 26. n. 1. Rebuff. tract. de sentent. provis. in praefatione n. 37. & sub n. 48. in fin. tom. 1. f. 229. Marquesa in tract. de commission. de appell. extra Rom. Cur. 1. part. c. 6. n. 78. fol. 78. & huic adjuget, applicatque omnes rationes, qua ad praecedens monitorium adduximus quia idem sunt, & etiam ex dicendis apparebit, & facit Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 10. & vide infra n. 50. & seqq.

42 Quid autem est dicendum, quando non parito monitorio, seu praeccepto, ordinarius ad privationem, seu poenarum executionem vult procedere in contradictorio iudicio, sive quia allegans in contrarium monitorii comparuit monitus, quia tunc resolvitur in simplicem citationem, ut resolvunt proxime citati Doctores, de quo latissime plures allegans prosequitur Mieres in tract. de majoratu 3. q. 16. num. 40. fol. 74. in noviori impressione; nos 4. p. c. 8. num. 37. nihilominus quod etiam generaliter certum sit; praecceptum resolvatur in eam per comparitionem; vel quia est absens, & contumax, proceditur adversus eum per audientiam contradictoriam, seu contumaciam, & tunc cognito de causa in ea diffinitiva pronuntiat, qua aliqua ex dictis poenis, seu alia etiam arbitria applicatur; an ab ea appellationi proponatur sit deferendum, & nullam vim adesse; ob denegatam delationem, probatur.

43 Tot enim est juris decretis, & constitutionibus sancitum, validisque rationibus vallatum, ut clericus beneficiatus ordinem annexum a beneficio intra annum recipere, omnimodo teneatur, qui quidem beneficiatus

hac illud obligatione, & conditione ingreditur, de quo etiam juramentum praestat in poenam privationis ejusdem, hocque perpetuo edicto continetur, d. c. commiss. ibi, tibi Ecclesia ipsa, qua dicti statuti autoritate jam privatus existis, ne statutum ipsum fiat ludibrio, debitoque frustretur effectu, & non rebus, sed verbis, cum sit potius contrarium faciendum, lex imposita videtur: text. in d. c. licet canon. ibi, quia tamen in observatione canonis memorati se multi exhibent negligentes, & c. & de clem. ut ii, qui ad fin. ibi, poenis aliis qua contra tales promoveri ad ordines recusantes, statuuntur in jure, & c. & etiam Trid. d. sessione 22. c. 4. ibi, alioquin poenas incurant juxta constitutionem Concilii Viennensis qua incipit, ut ii qui, quam praesentis decreto innovat, & c. sed ab eo quod sit secundum juris dispositionem, & canonicas sanctiones, nec a iudice eas, & decreta exequentes, non admittatur appellatio; text. optimus in c. consilium in c. 3. de appell. ibi, nec convenit ut pro hujusmodi appellationibus ab observatione decreti debeat abstinere, & c. text. etiam in c. relatum, ad fin. ibi nec patrocinari debeat eis appellationis diffugium, si contra hujusmodi intentionem decreti fuerit interdictum, & c. de cleric. non residentibus, text. etiam in l. fin. ibi, item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quo minus fiat, non permittitur appellare, & c. ff. de appell. recipien. & facit illud, quod Christus Dominus noster dixit Saulo, Durum est contra stimulum calcitrare: quia talis appellatio frivola iudicatur, & faciunt ea qua diximus infra 3. p. c. 6. per totum; ergo cum hujusmodi sententia detur ab ordinario in confirmationem, & executionem tot canonum, decretorum, canonicarum constitutionum, ab illa minime est admittenda appellatio.

Et hanc sententiam tenet Hugo de Cello in d. repet. 44 verbo appell. n. 60. ad fin. fol. 34. melius Greg. Lopez in l. 31. & iterum in l. 30. tit. 6. p. 1. hoc idem melius in nostris terminis probant text. in c. cum in cunctis 7. verbo cum autem, ibi, & reliqui admoniti non fuerint, praefixo a canonibus tempore in Presbyteros ordinati, & ab illo removeantur officio, & aliis conferatur, qui & velint, & possint illud convenienter implere; nec profit eis appellationis refugium, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint se tueri, & c. de electione text. etiam in c. quaris 6. in ordine, de aetate, & qualitate, ibi, ad majores ordines recipiendos per amissionem locorum, & beneficiorum subtractionem appellatione cessante; compellas, & c. probant etiam expressè l. 30. tit. 6. p. 1. ibi, & si per ventura per esto no se quiere ordenar, deben toller la dignidad e darla a otro, que sea conveniente para ello, & si alcere sobre tal razon tentendose por agraviado, no deve dexar de lo fazer por aquella alçada & c. & idem probat etiam l. 31. eodem tit. & ante fin. ibi, debelo el obispo apremiar que lo haga tollendole el beneficio, si errores no le embargaria a su fecho a cada, que el otro fuisse sobre tal razon, & c. qua licet cum non sint contra libertatem Ecclesiae, sed omnimodo in ejus auxilium, & expressum favorem, servandae sunt, absque dubio eis standum, prout nos late supra 1. p. c. 1. a n. 25. & sursum.

Et ita concludendum est in hac quaestione, ut appellationi emissa a sententia privationis beneficii vel subtractionis fructuum, & similiarum, lata contradictorio iudicio, & juris ordine servato; ordinarius non deferens, violentiam nullam facere dicetur. Haec tamen appellationis prohibitio de suspensiva tantum intelligenda est, ut constat ex dictis juribus, qua tantum suspensionem adimunt.

Hanc tamen resolutionem non modo limitabis, nisi (seclusa fraude) de legitimo impedimento ordinum suscipendorum doceatur; nam si de eo constat, appellationi, non deferens violentiam facere, quia tunc licitum esse

esse, asseverat Greg. Lopez in d. 32. gl. 3. verbo, *puedesse alcar*. & expresse etiam ead. l. 31. ibi, *mas si el clérigo se excusasse por razon de otro embargo, assi como por enfermedad, o por otra cosa, que le embargasse a tiempo, o para siempre, que le vuisse acacide por mal que ubiesse fecho, entonces no le deber apremiar, e si siciessen premiar, puede se alcar, e voldra su alcada, &c.* & facit text. in d. c. *quaris ff. quod si*, in illis verbis; quod si pro sua voluntate renuerint ordinarii, &c. appellatione cessante compellas, &c. & favent verba text. in d. c. *commissa* 35. de electione l. 6. ibi, tibi non currunt, si promoveri iusto impedimento detentus, infra tempus huiusmodi nequivisti, &c. & facit etiam text. in l. 1. §. *si tutor*; ibi excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet, ceterum ante frustra appellatur, &c. ff. *quando appellandum sit*.

47 Quod ita debet intelligi, & declarari; ut procedat, quando de impedimento constat evidenter, non turbidè, intricatè, nec confusè, ut ex eiusdem justificationis evidentia evidenter ex ipsis actis notoria ordinarii iniustitia detegatur, quæ cum nullitati æquiparetur, executionem impedit, si autem ita non constiterit, cum in dubio pro sententia iudicis, & ejus iudicio præsumat jus, prohibens etiam appellationem, tangit iniustitiam principalis negotii, reservata superiori appellationis iudici, multum distincta, & separata ab hoc; de quo in tribunali tractatur articulo violentiæ, tantum circa appellationis delationem, & sic de eo tribunal non potest se intromittere, de quo latè dixi *suprà* 1. p. c. 2. d. n. 183. & 188. & à n. 190. num. *seqq.* & c. d. n. 38. erit tamen iustum gravamen, ut superior revocare post sententiam inferioris Ecclesiastici; quemadmodum autem & cum quibus qualitatibus debeat probari impedimentum, diximus *suprà* c. 13. hac p. à n. 249. cum pluribus sequentibus.

48 Et pro hujus articuli complemento quid quæso dicendum; quando Prælati aliquem suspendit ad ordinibus jam susceptis, ac ita hic suspensus, aut interdictus sit etiam à suscipiendis, aded ut ad alios non possit ascendere, ex aliqua causa etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extrajudicialiter si fuerit interdictus, cum omnimodo hujus prohibitioni, & suspensioni est standum, de quo latius per Concilium Tridentinum *sess.* 14. de *reform.* c. 1. & de ejus materia agitur per jura ipsa in c. *ex teno*. & c. *ad aures de temporibus ordinandorum*, an non obstante dicta suspensione appellationi emissa ab ea possit ordines recipere, & ministrare seu exercere susceptos, aded ut ei non deferens ordinarius vim faciat.

In quo breviter negativè respondetur, ut tali appellationi deferendum non sit, nec tunc vis fiet, & probatur text. expresse in c. *is cui §. fin. de sent. excom.* l. 6. text. in c. *ad hac quoniam, de appellat.* Manuel Rodrig. *quest. regul. 1. tom. q. 29. art. 5.* Navarr. *conf. 8. per totum l. 1. fol. 29. & 30.* & vide quæ nos circa c. de excommunicatione & suspensione *suprà* hac p. diximus, &c. l. 3. à n. 123. circa suspensivum à voce activa vel passiva, & magis in specie & in termini d. c. 1. Concilii Trid. ita declaravit sancta Congregatio super ipso, ibi, in ipsique potestati appellandi ademptam esse, &c. (& iterum ibi, quod si admittat appellationem non recursus, &c.) quam omnino vide ad declarationem d. Concilii, cujus etiam meminit, & ad literam refert (aliud tamen agens, non hanc quæstionem) Nicol. Garcia de *benef.* 3. p. c. n. 8.

Circa inspectionem autem ultimæ hujus capituli operis; à visitatione, & correctione morum appellationi emissa iudex ordinarius deferre teneatur, vel negans violentiam inferat, tractaturus resolvo: Episcopi, ut aptius, quem regunt populum, possint in officio atque obedientia continere: in omnibus his, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus & potestatem habent, etiam tan-

quam Sedis Apostolicæ delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi & exequendi juxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diocesis suæ utilitate necessaria videbuntur, nec in iis, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibicio, appellatio, seu querela etiam ad Sedem Apostolicam interposita: executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint; quoquo modo impediatur, aut suspendatur; ita salubriter sacrum Concilium Trid. *sess.* 24. de *reform.* c. 10. incipit, *Episcopi ut aptius, &c.*

Eadem sacro sancta Tridentina Synodus; præsentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, intendens nonnulla statuere, quæ ad jurisdictionem pertinent Episcoporum, ut juxta proximæ sectionis decretum illi in commissis sibi Ecclesiis eo libentius resideant, quo facilius, & commodius sibi subiectos regere, & in vitæ ac morum honestate continere poterint; illud primum eos admonendos censet, ut se pastores, non percussores esse meminerint; atque ita præesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominantur, sed illos tanquam filios & fratres diligant: elaborentque, ut hortando, & monendo ad illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitis eos penis coercere cogantur, quos tamen si cui per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate, & patientia, cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam auctoritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas; sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas, adhibenda est ut sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria conservetur, & qui correcti fuerint emendentur, aut si respicere noluerint, ceteri salubri in eos animadversionis exemplo à vitiis deterreantur; cum si diligentis & pii simul pastoris officium, morbis ovium lævia primum adhibere fomenta, post, ubi morbi gravitas ita postulet, ad acriora, & graviora remedia descendere. Sin autem ne ea quidem proficiant, illis submovendis ceteras saltem oves à contagionis periculo liberare. Cum igitur rei criminum plerumque ad evitandas penas & Episcoporum subterfugienda iudicia, querelas & gravamina simulent, & appellationis diffugio iudicis processum impediunt, ne remedio ad innocentiam præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, atque & huiusmodi & eorum calliditatis, & tergiversationi occurratur, ita statuit & decrevit. In 3 causis visitationis & correptionis, sive habitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali ante diffinitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appellatur, nec Episcopus seu Vicarius appellationi huiusmodi tanquam frivole deferre teneatur, sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, nec omni stylo & consuetudine etiam immemorabili contraria non obstante; ad ulteriora valeat procedere, nisi gravamen huiusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari, non possit, quibus casibus sacrorum & antiquorum canonum statuta illibata persistant: ita in hæc statuit pariter sacrum Concilium Tridentinum, *sess.* 13. c. 1. que incipit, *eadem sancta Trid. Synodus.*

Quæ decreta tot spiritus totque verborum efficacia, dum in concedenda executione, actibus visitationis & correctionis morum, & amovendis appellationibus seu inhibitionibus loquentes statuunt; idem etiam probat text. in c. *reprehensibilis, de appellat.* text. in c. *ad nostram eodem tit.* cum aliis pluribus probant etiam Oldradus *conf.* 89. *column.* 1. Alciatus *conf.* 68. incipit *gubernatorem num. 9. lib. 6. tom. 2.* Pavinus in *tract. de*

visitatione q. 10. 1. p. n. 7. Manfred. *lib. 2. pract. conf. super attent. conf. 50.* Abb. Philipp. Franc. & ceteri omnes DD. in c. *ad nostram, & in d. c. reprehensibilis.* Rota *decif.* 35. *alias* 234. *si Rector, de appell. in novis.* Ant. Gabriel *commun. concl. l. 5. de acquir. vel amit. poss. conf. 6. n. 5. vers. 1. limit.* Navarrus *conf. 1. de appell.* Zerola in *praxi Episcopali* 2. p. verbo *visitat. vers. 3. incipit. 2. & vers. 5. an detur.* Caputaq. *dec.* 361. p. 1. Lancel. *de attent. p. c. 12. limit. 18. n. 5. & 6.* per quem etiam Scaccia *de q. 17. limit. 26. n. 1.* Ruginell. *eodem tract. de appell.* §. 1. c. 3. n. 46. Marq. *tract. de commissio. appellat. extra Rom. Cur.* c. 6. n. 78. fol. 78.

Hanc eandem conclusionem pluries declarando docuit sacra Cardinalium Congregatio in declaratione Concilii, ut est videre, *super d. c. 1. sess. 13. super vers. in causis visitationis & correptionis*, ubi ita dicit (appellatio à correctione non est admittenda per Metropolitanum) & ibi, *vers. nisi gravamen.* & ita (post diffinitivam sententiam in causa visitationis, & correctionis appellari potest, ita tamen, ut appellatio non suspendat executionem) & super verbis (non appelletur) iterum ait appellatio in diffinitiva in causa correctionis non suspendat executionem in nonnullis casibus veluti in materia correctionis morum. Ubi Concilium expresse substituit appellationem sublatam, intelligi quoad effectum suspensivum, non autem devolutivum, &c. Pariter etiam decisum fuit à Rota 8. Junii 1595. quæ est *dec.* 140. in re collectis per Farin. 4. par. in hæc verba (Congregatio Concilii censuit, à mandato de residendo iu visitatione adito non dari appellationem ad effectum suspensivum, sed devolutivum tantum, & iterum eadem declaratio Cardinalium *super d. c. 10. sess. 24. de reform.* super illis verbis (quæ ad visitationem, ac morum correctionem, &c.) inquit, ea quæ ad visitationem & morum correctionem subitorum spectant, non possunt per appellationem impediti, vel suspendi, &c. & facit etiam Bulla Pii IV. quæ est 17. incipit, *de salute gregis.*

58 Hanc tamen conclusionem videtur limitandam, ut non procedat, quando appellans se tueri velit privilegio exemptionis, de quo docet, & verificat; ejusque ratione appellationem emittit, quoniam tunc admittendam esse probant Pavinus *ubi supra d. q. 20. 1. p. n. 7.* & Manfred. *loco citato, & lib. 2. pract. concl. super attent. concl. 50.* Rota *dec.* 35. *alias* 234. *si Rector, de appell. in novis.* Alciat. & Ant. Gabriel. *suprà* Lancel. *de attent. 2. p. c. 12. limit. 18. n. 3. & 4.* Scaccia *tract. de appellat. q. 17. limit. 26. n. 4.* Michaël Agia *tract. de exhibend. auxilii. in 8. concl. in 3. casu pag. 136.* & per eum Cened. *q. canon. 36. n. 13. ad fin.* Marquell. *tract. de commissio. appellat. extra Rom. Cur.* c. 6. n. 78. fol. 78. dicentes etiam, quod si Episcopus procedat in exemptis, seu aliis privilegiatis, & ultra privilegiorum normam, dabitur appellatio, & attentata, secus autem si aliter allegetur exemptio de qua nec appareat, nec doceatur, quo casu loquitur Trid. *sess.* 24. de *reform.* c. 10. de quo statim etiam ipsi privilegii & exemptio proveniat à præscriptione immemoriali, cum (ut diximus) eam probaverit, etenim aliàs non præsumitur Caputaq. *d. dec.* 361. p. Zerola in *praxi Episcopali* 2. p. verbo *visitatio. vers. 7. an aliqui sunt exempti.*

61 Sed huic limitationi contravenire videtur Concilium Trid. *d. sess. 24. de reform.* c. 10. *vers. nec in iis*: ibi, nec in iis, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur exemptio, aut ulla inhibicio, appellatio, &c. quoquo modo impediatur, aut suspendatur, &c. Sed ut hujus decreti difficultatem evites, respondendum est; Trident. in hoc c. 10. locum habere, quando ordinarius in his visitatione & correctione procedit extrajudicialiter, non autem judicialiter, & processu formato; qui tunc exemptio non impedit appellationem. Ita declaravit illud sacra Congregatio Card. super illis di-

tis verbis (nec in iis ubi de visitatione) in hæc verba, (Congregatio censuit, habere locum, quando non fuit processum judicialiter,) & iterum super illis verbis (quoquo modo impediatur, aut suspendatur) & in hæc inquit (in causis visitationis, & correctionis appellari potest post diffinitivam, ita tamen ut appellatio non suspendat executionem) prout sancitum est *suprà* c. 10. *sess.* 21. (quod si Episcopus compilato processu, formato iudicio, servatis servandis, prout juris fuit procedat, veluti ex causa blasphemiar, & audulerii, aut restitutionis fructuum beneficiorum, ob non recitatum Divinum Officium, & similia, non habet locum hæc Decretalis;) & ideo cum in solo hoc cap. exemptio enervetur, non verò in ceteris, sequitur, ut cum illud locum habeat duntaxat, quando proceditur in visitatione extrajudicialiter, non tamen judicialiter: ita etiam ipsa exemptionis admissio regulanda est, itaque in visitatione, & correctione judicialiter gestis procedit limitatio *suprà* præposita, & doctores ibi citati.

Et ideo etiam rectè dicit quoddam decretum sanctæ Congregationis Card. prolatum die 18. Octobr. anno 1600. Alex. Card. Florenti. Hieronym. Agucehius fecerit. quem referens sequitur Barbosa in *remiss. ad Concilium Trid. sess. 13. c. n. 15.* in hæc inquit d. decretum. In causis verò visitationis ordinariarum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum admittitur, nisi de gravamine per diffinitivam irrepabili agatur, vel cum visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione judicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensivum, &c. Et facit congregatio Card. quam refert ipse Barb. *super sess. 7. de reform.* c. 8. n. 1. in hæc Sacra Congregatio Card. censuit, non posse Episcopum in visitatione reculari tanquam suspectum, dum tamen in ea processum non compitet, & se intra visitationis terminos contineat: referunt etiam Vallsæ *conf.* 70. n. 7. Curia Philipp. p. 1. §. 7. n. 10. & alia etiam adducit idem Barb. *super d. c. 10. n. 5.*

His convenit, quod dicit Scaccia *de appell. quest.* 17. 64 *lib. 26. n. 10.* quod in visitatione proceditur per modum provisionis, & tunc jus remanet integrum parti, si autem agitur de re, quæ nullum, aut parvum præjudicium infert, requirit celerem executionem, cum agatur de culto divino, quibus casibus prohibita est appellatio suspensiva. Si autem de re gravi tractatur, in visitatione diffinitivè tractari non potest, quia si determinaretur diffinitivè solemnitatibus omisissis, retenta scilicet natura visitationis, daretur excessus, & tanquam ab excessu in visitatione hoc casu sequutam esse appellationem tenet Scaccia *ubi proxime*, & quando in visitatione & correctione datur excessus, ut sit licita appellatio quoad utrumque. Speculat. *tit. de appell.* §. in quibus sub n. 14. Franc. in c. *de Priore. n. 2. de appell.* 65 Card. Alex. in c. *ad nostram nu. 3. eodem tit.* ibi Decius n. 1. & *seqq.* Maranta in *specul. 6. p. tit. & quandoque appellatur limit. 27. sub n. 333.* Greg. Tholos. *tit. de appell.* c. 1. n. 1. & n. 8. fol. 156. Ruginell. *eodem tract.* §. 2. c. 3. n. 229. multa per Parvin. *tract. de visit.* p. 1. q. 10. per totam fol. 189. & *seqq.* reddunt rationem, quia nullus est causa mundi in qua possit prohiberi appellatio ab excessu. Et hoc ex eo corroboratur, quia in visitatione & correctione morum, sui primæva natura attentata, proceditur extrajudicialiter per modum fori penitentialis, ut ultra supradictas auctoritates, tenet etiam Joan. de Imola, in c. 1. de *excessibus lib. 6.* Socinus *super decret. in tract. de visitatione decimo principali libro post medium, sub vers. quomodo quæro*: nonnullus etiam refert Martesc. 66 *var. resol. l. 2. c. 35. à n. 129.*

Et de multis & variis quæstionibus attingentibus 67 hanc materiam visitationis & correctionis, & de quibus casibus, & moribus, seu criminalibus, an occultis, an publicis,